

PARS SECUNDA.

DE DECEM PRÆCEPTIS DECALOGI.

266. **N**omine Decalogi venit sacrum volumen, decem præcepta divina complectens, quæ habentur in Exod. cap. 20. quorum tria priora dicuntur *prima Tabula*, septem posteriora *secunda Tabula*, quatenus illa Deum, ita proximum immedia- te respiciunt.

267. Decem præcepta Decalogi sunt divina na- turalia, adeoque obseruanda etiam cum periculo vi- ta. Vide num. 143. & 125. Alia sunt negativa, qua prohibent aliquid fieri; hæc obligant semper, & ad semper, ut: non adorabis Deos alienos: non occides, &c. alia positiva, qua præcipiunt aliqui fieri; hæc obli- gant semper, at non ad semper, sed ad locum, & tempus, ut: honoras parentes.

DE PRIMO PRÆCEPTO DECALOGI.

Unum Cole Deum.

CAPUT I.

DE RELIGIONE.

268. **R**eligio est virtus moralis, hominem inclinans, ut Deo debitu cultum exhibeat tanquam omnium Creatori, & Domino.

Eius actus, tam interiores, quam exteriores, præcipui sunt: Adoratio, Sacrificium, Oratio, Ju- ramennum, Adjuratio, & Votum.

ADORATIO

269. **E**ST actus, quo alium reveremur, ipsi nos submittendo tanquam Superiori, in recognitionem sive excellentiæ.

Est triplex: *Latria*, quo est in Deum, ob excellentiam incretam: *Dulia*, quo est in Sanctos, ob excellentiam creatam communem: & *Hyperdulia*, quo est in Beatisimam Virginem, ob excellentiam creatam singularem, ceteris supereminenter.

270. Hac triplex adoratio alia est absoluta, qua convenit Deo, Virginis, & Sanctis per se venerabilibus. Alia respectiva, qua convenit Crucis, Imaginibus, Vestibus, & similibus ratione carentibus, qua non per se voluntur, sed propter aliud. Unde eorum veneratio non sit in illis, sed ad prototypum referuntur cuius sunt imagines, aut quod repræsentant.

271. Licitum est votis, & alio cultu, privato tamen, puta genuflexione, deosculatio, &c., & ut privatam perfonam, venerari sepulchra servorum Dei eximie Sanctitatibus, de quibus est indubitate miraculorum fama. Gobat tom. 3. de Voto, num. 401. quia id practicatum legimus cum illis, qui postea Sancti declarati sunt.

272. At non licet cultu publico, v. gr. crectio-

ne Altaris, Sacrificio Missæ, Horis Canonicas, & thure, appendendo tabellas, lampades, cereos accende- &c. vel ut personam publicam, aut nomine Communitatis; quia id prohibetur, maximè ab Urban. VIII, qui etiam in specie prohibet, *cum ima- gines in Ecclesiis, aliique locis publicis, ac etiam privatis cum laureolis, aut radis seu splendoribus proponi. Al- berghinus in Man. Qualif. cap. 30.*

273. Sacrificio Missæ Deum colunt Sacerdos, ac cæteri asistentes, & cum Sacerdoti offerebentes. De eo actum est fusæ in tom. 3. de aliis Religionis actibus plenè agimus in hoc 1. tomo.

CAPUT II.

DE TRIBUS VIRTUTIBUS THEOLOGICIS.

FIDES,

274. **E**x Apost. ad Hebr. 11. Est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium innixum testimonio divino.

275. Primum: fideles, per quam ad usum ratio- nis pervenerint, sub mortali, & necessitate mediæ tenetur explicitè credere quinque. 1. Deum esse.

2. Esse iustum remuneratorem, dantem præmia iusti- tias, supplicia malis. 3. Mysterium Trinitatis, quod constitut in unitate nature divinæ, & Trinitate personarum. 4. Mysterium Incarnationis. 5. Mysterium Redemptionis, nempe Christum esse mortuum pro nobis. Christus est verus Deus, & homo in unitate persona Verbi Divini. Dux: necessitate mediæ, fine horum actuali fide quis salvari non potest, nec ignorantia juvat. Unde homo, qui mysteria fidei necessaria necessitate mediæ ignorat, etiamsi ignorantia supponatur invincibilis, absolvè non potest, nisi prius super his eruditur; quia caret medio necessario ad justificationem, & salutem. Vide in pag. 5. Proposit. 64. ab Innoc. XI. dann. & de Baptismo.

276. Constat ex Apost. ad Hebr. 11. acceden- tem ad Deum oportet credere, quia est, & inquirentibus se remuneratorem sit. Ex Joan. 17. Matth. 18. & ex Symb. Ath. Sed necessarium est ad eternam salutem, ut Incarnationem quoque Domini Nostri Jesu Christi fideliter credat, &c. Vide in pag. 4. Proposit. 22. ab Innoc. XI. dann.

277. Secundum tenetur sub mortali, necessitate tamen præcepti, explicitè, crassò tamen modo, & quod substantiam credere, & scire. 1. Articulos Symboli Apofolorum 2. Orationem Dominicam. 3. Præcepta Decalogi, & Ecclesiæ. 4. Sacramenta maximè necessaria, ut Baptismum, Eucharistiam, & Penitentiam. Reliqua autem, quando volunt suscipere.

Fides, Spes, Charitas.

278. Pueri sibi à mortali excusantur ob intel- ligentiam naturalem defectum, non excusantur autem, quia eorum curam habent, si non doceant. Confessio- ri in primis confessionibus debent pueros super pra- missis examinare, & erudire.

279. Non sufficit fides ex testimonio humano, aut simili naturali motivo, quia fides ad salutem su- pernaturalem necessaria, quia est radix nostræ iustificationis, & de qua ait Apost. cit. num. 165. *Sine fide impossum est placere Deo*, sed fides stricta supernaturalis innixa testimonio divino, quod solum est infalli- bilis veritatis. Imò meritum fidei confitit in hoc, quod independenter à naturalibus rationibus, revelata credimus, præcisè, quia Deus verax dixit. Vide in p. 4. Proposit. 4. 19. 20. 21. & 23. ab Innoc. XI. dann. & in pag. 1. Proposit. 1. ab Alex. VII. dann. Vide tom. 2. num. 281.

280. Præceptum confessionis externæ fidei est duplex, negativum, scilicet non negandi fidem, & affirmativum confidendi ore fidem.

281. Primum obligat semper, & pro semper, ita ut per nullum signum externum licet aliquando negare fidem, non obstante, quod interius fervetur fides, etiamque urgeat periculum mortis, patet ex Matth. 10. Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo, & ego cum coram Patre meo.

282. Secundum non obligat pro semper. Unde oportet distinguere:

Vel enim taciturnitas est in talibus circumstantiis, ut sit signum negationis fidei, aut erubescientia confessionis fidei, aut cedit aliis in scandalum, quo aver- tantur à fide, & tunc etiam cum discrimine vitæ fidei dem confiteri tenetur. Quia ut ait D. Chrysost. in cap. Nolite timere: non solum est proditor veritatis, qui mendacium loquitur, sed etiam ille, qui non libere veritatem pronuntiat, quam libe[r]e pronuntiare oportet. Hinc si Tyrannus interrogaret de teus fidei, & serio taceres, peccares. Vide in pag. 4. Propos. 18. ab Innoc. XI. dann. Idem dico, si Pastor, urgente persecutione in suas oves, cum earum scandalo fugiat.

283. Si vero taciturnitas sit in aliis circumstan- tiis, ut non sit signum negationis fidei, &c.; tunc non est peccatum. Similiter tunc licet est fugere, aut occultare fidem signis ex se indifferenteribus, minimè signis ad professionem fidei instauris. Constat in Matth. 23. *Cum persequantur vos in Civitate ista, fugite in diaram*, & exemplo D. Athanasii, alio- rumque Sanctorum, ac ipsius D. Pauli.

De fide, Scotus in 3. d. 23. quest. 1. lit. G. de 25. quest. 1. lit. F. in 4. dif. 14. quest. 3. lit. E.d. 5. quest. 1. lit. C. Mafrius in Theol. Mor. disp. 10. num. 2. Diana part. 3. tract. 5. ref. 46. 48. 49. part. 5. tract. 7. ref. 34. Joan. de la Cruz pag. 9. Tamb. tom. 1. lib. 2. cap. 1. Busemb. lib. 2. tract. 1. Cardenas dif. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 41. 42. Bonac. tom. 2. pag. 178. Leand. tom. 6. dec. tract. 2. de Fid. Fenech. Bertalus 1. part. dec. pag. 1. Caiet. tom. 1. tract. 4. Plura vide in 2. tom.

SPES

284. **E**ST virtus supernaturalis, inclinans ad Deum, & divina præ omnibus aliis bonis nobis concupisci- mus. Quia concupiscentia est sancta, non est enim talis, qua fruatur utendis, & utamur fruendis, quia Deum, seu beatitudinem concupiscimus nobis, non tanquam fini, sed tanquam subiecto beatitudine per- ficiendo, quod totum potest esse ordinatum ad ipsum Deum, tanquam finem. Et hoc pacto differt spes à charitate, qua, Deum amamus amore amicitia, ut summum bonum in se.

285. Ratio est, quia Deus non solum est in se infinitus bonus, sanctus, &c. sed etiam est nobis infinitè suavis, delectabilis, &c. hinc Psalm. 118 de hoc sancto mercenario affectu abique verecundia, ait: *Inclinari cor meum ad facientes iustificationes tuas propter retributionem*. Psalm. 83: *Concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini*, & August. in Man. cap. 10. *Accende me Domine volupitatem, & concupiscentiam tua quae sancta est, & bona*. Scotus in 3. d. 26. quaf. unic. C. d. 34. quaf. unic. lit. F. Mafrius in Theol. Mor. disp. 10. num. 3. Joan. de la Cruz pag. 15. Bulemb. lib. 2. tract. 2. Fenech. Castrop. tom. 1. tract. 5.

CHARITAS

286. **E**ST virtus supernaturalis, qua Deum diligi- mus propter se, & proximum propter Deum. Deum diligere tenemur supra omnia, non inten- sivè, sed appetitivè, seu prælativè, ita ut in casu jacturae, Deus sit præferendus filii, divitias, & cæteris bonis, quia amor appetitivus est perfectior, intensivo.

287. Fides, Spes, & Charitas, quantum ad præ- ceptum negativum de non discredendo, de non des- perando, & de non odiendo obligant semper, & pro semper: non si quod præceptum affirmativum de eliendo actus fidei, spei, & charitatis. Et quidem non sufficit eos elicare semel in vita; non potest autem faciliter assignari tempus sine periculo, erroris, aut forendi scrupulos. Tenebunt vero eos frequenter elicere, quia hujusmodi actus virtutum Theologica- rum, cum habeant pro objecto immediato Deum, ad differentiam virtutum moralium, quæ habent pro objecto proprias materias creatas honestas, maximè requiruntur ad nutriendam, & conservandam vitam spiritualem anima; præfertur ad eos tenemur, quando urget gravis tentatio contra fidem, spem, & charitatem cum periculo labendi, tunc inquam firmari debemus per actos positivos oppositos. Tenemur acutum charitatis elicere, in casibus, in quibus debemus Eucharistiam recipere, & Confessari, non adeit, & in aliis casibus, qui in peculiaribus materiaj infra- afferentur.

288. In hac tamen re non est scrupulosè agendum; eo maxime, quia si attente consideremus, fre- quenter actus formales directos fidei, spei, & amoris eliciuntur: quando enim Symbolum Apofolorum, ora-

orationem dominicam, & similia recitamus, aut Sacramenta recipimus, & sacra adoramus, aut signo crucis signamur, actus fidei elicimus, quibus articulis illis credimus. Item quando peccatores ad Sacramentum paenitentia accedimus, veniam, & salutem speramus. Denique, quando divina venientia recognoscimus, ad amoris actus in Deum excitamus, & praesertim, quando mentaliter oramus, aspidos, atque servidos amoris actus in Deum experimur. *Vide in pag. 1. Prop. 1. ab Alex. VII. & pag. 3. 4. & 5. Prop. 5. 6. 7. 17. & 63. ab Innoc. XI. damn. Maistrus cit. & Card. dis. 42. Bonac. tom. 2. pag. 164. Leand. tom. 6. dec. trah. 4. Bertaldus 1. part. dec. pun. 1. Castrop. tom. 6. trah. 6.*

CHARITAS ERGA PROXIMUM

289. **N**ON sufficiet expletur, si abstineamus ab actu odii, & erga eundem exequam facta opera externa benevolentia. Sicut enim certum est, nos obligari ad diligendum proximum ex Matth. 22. *Diliges proximum tuum sicut te ipsum;* ita certum esse debet, nos obligari eum diligere actu interno expresso, & formaliter; ex illo Joannis 3: *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem;* & Matth. 22. ubi Christus loquens de precepto charitatis, ait: *Secundum autem simile huius: diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Ubi per ly simili datur intelligi, quod præceptum charitatis proximi sit non solum de opere externo, sed etiam de interno cordis affectu, ut est præceptum de diligendo Deum, volendo proximo bona, non mala; gaudo, non tristando de bonis; displico, & non complacendo de malis, eique in necessitate subveniendo. *Vide in pag. 4. Prop. 10. & 11. ab Innoc. XI. damn.*

290. Proximus est omnis homo beatitudinis capax, five fidelis, five infidelis, five amicus, five inimicus.

291. Ordo in dilectione proximi servandus, quoad bona pertinencia ad naturam, & vitam corporalem est. Ut extra extremam necessitatem succurrendum sit. 1. Uxor, quia est una caro cum viro. 2. Filiis. 3. Parentibus. Et Patri præ matre. 4. Fratribus, & sororibus, deinde propinquis, & familiaribus. In extrema autem necessitate, Parentes, eo quod vita dederint, sunt præferendi filii.

292. In rebus pertinentibus ad civilem communicationem præferendi sunt concives, in bellicis militiones, in spiritualibus patres, & fratres spirituales. Banzes tamen probabilitate tenet; parentes etiam in spiritualibus esse omnibus aliis præferendos, quia prima conjunctio carnalis est fundamentum aliarum conjunctionum. Ita Busemb.

293. Tenetur quis succurrere proximo in extrema necessitate spirituali constituto, etiam cum periculo propria vita, si sit certa spes illum juvandi; & non posit alia via juvari, nec sit periculum damni proprii spiritualis. Quia damnum spirituale proximi prævalet omni damno temporali etiam proprio, damnum vero spirituale proprium prævalet damno

spirituali alieno. Hinc teneris baptizare infantem, & absolvere peccatores, quem scis certò moritum cum periculo tuae vitae, si sit certa spes illum juvandi, & tibi constat non posse alia via juvari, nec tibi immineat periculum damni proprii spiritualis.

294. In gravi necessitate teneret tantum Parochus, cui talis cura ex officio incumbit, cui proinde non licet fugere tempore pestis, nisi substituto aliquo idoneo.

Scotus in 3. d. 28. un. Maistrus in Theol. Mor. dis. 10. Joan. de la Cruz pag. 16. Tamb. tom. 1. lib. 5. cap. Busemb. lib. 2. trah. 3. cap. 1. & 2. Leander tom. 6. dec. trah. 4. dis. 3. Fenech. Castrop. tom. 1. trah. 6. boug. rom. 6. trah. 6.

ODIUM

295. **E**ST duplex, videlicet, inimicitia, quo volum proximo malum, querens illum malum; & hoc est peccatum grave, vel leve, iuxta gravitatem, aut levitatem materiae. Alterum est odium abominationis, quo non personam, sed ejus malitiam, vel saltem personam tantum ut malam, aut nobis noxiem avebamus. Et hoc regulariter non est peccatum. Ita Busemb. de hoc sit Psalm. 118: *Iniquitas oculorum tuorum;* est tamen grave, si aversio sit magna, & cadat non tantum in malitiam, aut qualitate offendit, sed in personam. Est igitur malum odium abominationis personæ, non lie odium abominationis ejus malitia, aut qualitas infesta. *Vide in pag. 6. Prop. 9. ab Alex VIII. damn.*

296. Probabile est, sufficere, si in confessione dicas: *Volut grave malum proximo;* non explicando speciem mali, mortis, corporis, infamiae, aut in bonis temporalibus, cum convenienter in una ratione mali.

297. Item probabile est, quod non teneris speciem mali, aut boni explicare, in triflitta de bono alterius, in gaudio de mali, & quando desiderium est ineficax, videlicet, quando desideras, ut alius occidatur, &c: at voluntatem non habes eum occidendi, &c.

Probabilis tamen est id explicare, quia recentita mala distinguunt species.

298. Non peccat, qui sibi, vel alteri morteni desiderat naturaliter ad gravem infirmitatem, misericordia, & vitam acerbam, & vicaram; quia tunc tolerabilius est mors, quam in tantis miseriis vivere. Peccat autem graviter, si ob leves molestias mortem exoptat: a mortali excusari sapè solent ratione primi motus, aut ex defectu advertiente, malitia gravis, vel ex defectu deliberationis, mulieres.

299. Non peccat, qui desiderat mortem naturaliter proximo ingenuo malum inferent, ut si desideres latroni, aut tyranno mortem. Si desideres infirmitatem peccatori, ut convertatur. Si trifloris de bono proximi, in quantum id in aliorum dannum redundat, quatenus est eo abusurum, v. gr. si trifloris, assumptum esse in Judicem hominem injustum, &c. quia hi actus non habeant pro objecto malum proximi,

fed

Charitas erga inimicum.

sed bonum honestum aliorum, nempe publicæ quietis, cessationem iniquitatum, injustitiarum, gravium offenditionum, &c.

300. In nullo autem ex his casibus licet priuata authoritate proximum occidere, quia plus requiriatur ad mortem, & malum inferendum, quam ad defiendandum, ut cum de homicidio. Similiter nunquam licet desiderare alteri mortem ab alio injustè infligendam, quia est actus de objecto malo. *Vide verb. Homicidium alterius de Tyrano.*

301. Imò seclusi casu ingentis damni impendendi, non licet malum, aut mortem naturalem alteri desiderare, aut de eo gaudere, vel de bono triflari, v. gr. quia exinde temporale bonum nobis advenit, aut haereditas, quia hoc est leve, imò iniustum motivum ad malum grave alteri cupendum. Tum quia haereditas, viveante domino, est tibi indebita; adeoque, viveente domino, iniustum est ei desiderare malum, nempe mortem ob bonum tunc tibi indebitum. Multo magis iniustum est eam desiderare Patri, à quo post Deum vitam accipisti. *Vide in pag. 4. prop. 13. 14. & 15. ab Innoc. XI. damn. Scotus in 3. d. 30. quef. unci. lit. 4. Maistrus in Theol. Mor. dis. 10. num. 97. Busemb. cit. Cardenas dis. 11. Bonac. tom. 2. pag. 207. Bertald. 5. p. dec. pun. 1. Castrop. tom. 1. trah. 6.*

CHARITAS ERGA INIMICUM

302. **E**X præcepto obligat, ut quilibet homo privatus communia charitatis signa, & beneficia exhibeat, speciali verò solum ex consilio, nisi aliunde obligatio oriatur, v. gr. ratione scandali.

303. Hinc non potes sine mortali, à communib[us] orationibus, aut à sacrificio inimicum excludere. Nec si tori vicinii elemosynam elargiari, potes inimicum excludere; quia licet liber des, supposito tamen, quod des, inimicum excludere est odii signum.

304. Regulariter non tenetur quis salutare, aut alloqui inimicum; quia salutatio, & allocutio sunt actus liberi inter æquales; unde eos omittere non est per se signum odii. Inter inaequales eos omittere est signum inurbanitatis in inferiore; imò si inæqualitas sit insignis, ut inter superiorum, & subditum, &c. salutationem omittere est signum contemptus.

305. Dixi: regulariter, quia aliquando ratione aliqui circumstantia adjunctæ eos omittere est mortale. 1. Si cedat in scandalum, & signum odii interni, ut esset, si pluribus simul tibi occurrentibus, ceteros salutes, & inimicum excludas. 2. Si allocutio non est debita, sed tu prævides, quod ex tua allocutione, aut salutatione inimicus odium deponet, tunc mortaliter peccas, si fine magnæ animi difficultate potes: hoc addidi, quia charitas non obligat cum magno incommodo.

306. Possunt tamen isti aliquando excusari à mortali, si alii, qui videbant, eos prius ad invicem salutari; & modo vident non salutari, sciunt causam rixa fuisse levem, & rixam levem.

307. Quando collocutio est debita, debet prius incipere ledens, inferior, qui prius offendit, qui exicitavit, qui gravius offendit, licet fuerit posterior. Si injuria sint æquales, aut non sit major ratio, cur incipiat prius unus, quam alter, utrique incumbit cura occasione capienda, & ille, cui prius occasio occurrit, incipere debet, sicut inter æquales onus prius salutandi incumbit illi, qui coram alio transit.

308. Non teneris salutare inimicum, si sis moriliter certus, cum non refutatur; quia tunc es periculum, ut tu graviter contra illum inverheres. Si militer, si prævideres, inimicum exinde evasurum audaciorem, & magis tibi infestum: aut si inde norabile damnum effici tibi fecursum.

309. Si inimicum graviter tibi offendit te salutantem non refutates, peccas mortaliter, quia est signum odii: à mortali excusaris, si circumstantia sint tales, ut omisso refutatiois iudicio prudenti non sit signum odii: v. gr. si salutans sit valde inferior. Si salutatus simulet se distractum, ut verè appareat non advertebis. Si injuria sit gravis, & recens, & salutatus sit timoratus conscientie, ut omisso refutatiois attributatur fragilitati conditionis humanae, quæ non patitur tam subito refutare offendit. Sic Matrona nobilis, si non refusat more patria occisorum sui filii, in hac enim, cum vindictam de injuria non sumat, omisso refutatiois non est signum odii, sed sensus justi doloris, vel muliebris fatus. Ita Tamb. Adde, solete mulieres vitare occisoris aspercum, non ratione odii, sed ne dolorem renoverent, cum memoria occisi filii.

310. Concluditur, tunc te teneri ad præfata specialia signa, quando circumstantia sunt tales, ut corum omisso sit signum odii interni, secus, quando non.

311. Aliquando poteris scandalum vitare, si inter familiæ societas eorum, qui possent scandalum pati, proteleris, te ex toto corde perforam taliter diligere, à signis verò specialibus te abstinere minimè ex odio, sed ex iusta consideratione, qua tibi grata non est societas ejus.

312. Dixi in principio: *Quilibet homo privatus.* Quia persona publica, nempe Praelatus, Superior, Princeps, regulariter potest, imò debet subditio deficiente signa nedum specialia, verum etiam communia denegare, atque etiam asperum, & austerrum vultum ostendere, qui hoc non est signum odii, sed medicina, ut subditus se emendet, qui sapè in pejora prolabetur, si post defectum, superiore scientem, adhuc hilarem, atque beneficium experiatur.

313. Offensus potest offenditum accusare, nec tenetur postea ei facere juridicem remissionem, id enim est consilium, non præceptum. Ratio est, quia non peccat; si id faciat, non volens prænam, ut malum, & molestem ipsi offendit, quia hoc est odium mortale, sed volens satisfactionem offendit, quæ per

offensoris punitiōnem habet; & exemplum aliorū, ne alii, vel idem iterum in similes offensas prorūpant, sed coercēantur à malis. Primus quidem est actus odii, quia sitit in malo proximi. Secundus vero, est actus iustitiae vindicatiōe, qui sitit in reparatione injuria, & adeoque est actus bonus; alioquin inique instituerentur. Judges pro reparatione injuriarū, & satisfactione patientium offensas. Debent tamen fideles in procuranda satisfactione, præfertim in causis criminalibus esse moderati, atque cauti, ne cum actū iustitiae odium immiscent. Debēt autem moderationibus adhibitis, si alius exinde sumat occasionem odii, erit scandalum pāſiūvum; quia tu jus tuum agis.

314. Demum, quando in præsentiā inimici exprēsūrū variis motus sensūs, nēmē te trepidat, faciem immutare, repugnantiam de ejus aspectu habere, non inde peccas, si ad deliberatam, & gravem averſionem, aut ad grave malum desiderandum non transfas, quia illi motus sunt naturales, & involuntarii, orti ex apprehensione obiecti, ut tibi molesti. Scōtus in 3. dīsp. 30. quæst. unic. Mātrius in Theol. Mor. dīsp. 10. num. 48. Tamb. tom. 1. lib. 5. cap. 3. cap. 1. §. 3. Busemb. lib. 2. tr. 3. cap. 2. Bonac. tom. 2. pag. 209. Caſtrop. tom. 1. trah. 6.

INVIDIA

315. Eſt inordinata tristitia de bono alterius, ut eſt diminutivum propria excellētia. Unde per invidiam non tristitia quis de bono alterius, quia velit malum ipsi, nam hic est actus odii, sed falso apprehendit, illud eſt diminutivum propria excellētia, & honoris. Ex genere suo eſt mortal, si bonum sit grave. Regulariter tamen solet à mortali excusari ratione levitatis materia, aut ex defectu plene advertitur, & deliberatur.

316. Invidiam sat clare distinguit Busemb.

Si doleas, quod alter tibi aequalis, vel non maleum inequalis in excellētia crescat ita ut fiat te superior, & ipso incrementum excellētia apprehendas, ut tibi malum, eſt proprie invidia. Quia falso, & immerito id apprehendis: hinc teneris eam apprehensionem repellere, & non voluntate confentire, & tifari.

317. Si tristitia fit ex eo, quod nobis deſit bonum, quod alter habet, ita tamen, ut illud alteri non difcipiamus, non eſt invidia sed emulatio, seu zelus, qui, si eſt circa bonum bonum, eſt laudabilis, dicente Apost. ad Cor. 12. Amulamini charismata meliora. Si autem circa temporalia, interdum eſt venialis, ut si bonum dolenti fit improprietatum, quale eſſet, fit rusticus doleret se non. ſe Regem.

318. Si tristitia eſt de bono alterius, in quantum ille eſt indigens, non eſt invidia, sed indignatio, quod non eſt peccatum.

319. Si tristitia eſt de bono alterius, in quantum eoti, vel aliis times nocturnum: v. gr. inimicus tuus eſt ecclesiæ ad officium, ut tibi faciliter posſit nocere, non eſt invidia, sed timor, qui per ſe non eſt peccatum, niſi fit inordinatus.

320. In his autem potest eſſe peccatum mortale per accidens, puta, si diuinam providentiam arguit, si ad malum ei desiderandum transpires, &c.

Scotus in 1. dīsp. 6. quæſt. unic. lit. K. Mātrius in Theol. Mor. dīsp. 10. num. 98. Tamb. tom. 1. lib. 3. cap. 1. §. 3. Busemb. lib. 2. tr. 3. cap. 2. Bonac. tom. 2. pag. 209. Caſtrop. tom. 1. trah. 6.

SCANDALUM

321. E X D. Thom. eſt dictum, vel factum, quod Eſt eſt occasio ruina spirituālē proximi nēmē peccati. Eſt duplex, actuum, & paſiūvum.

322. Actuum eſt dictum, vel factum malum ſeu ſpeciem mali habens, præbens alteri occaſionem ruina ſpirituālē. Eſt peccatum mortale, ſi eſt occaſio peccati mortalitatis; veniale vero, ſi venialis. Et tale eſt etiam ſpeciem alterius, ſeu scandalum paſiūvum non ſequatur; quia per accidens eſt, quod non ſequatur.

323. Scandalum actuum dicitur directum, ſi malum, aut ſpeciem mali habens dicitur, aut facis intendens ruinam ſpirituālē proximi, ſive formaliter ob dāmmum ſpirituālē proximi, quod eſt proprium Dæmonis, ſive materialiter ob proprium conmōdum, & utilitatē, quod eſt proprium hominis, ut ſi quis verba obſcenā dicat coram muliere, ut eam inducit ad peccatum.

324. Indirectum dicitur, ſi malum, aut ſpeciem mali habens, dicitur, aut facis prævidens eſte actum aptum, ut fit alteri occaſio peccandi, licet id non intendas. Malum dicitur, quod in ſe eſt malum. Speciem mali habens dicitur, quod in ſe non eſt malum, putulis tamen appetit malum; ut ſi ſeria 6. coram puſillis carnes comedas, non dicens, quod licentiam habetas, ſea neceſſitatem. Nomine dicti, vel facti venit etiam omiſſio mala, aut ſpeciem mali habens.

325. Scandalum paſiūvum eſt ipsa ruina ſpirituālē proximi ex occaſione dicti, vel facti alterius ſequens; quod if illud dictum, vel factum ſit bonum, aut indifferens, & nullam ſpeciem mali habens, scandalum, quod ſequitur, dicitur purē paſiūvum; at ſi ſequatur ex debilitate, aut ignorantia, dicitur scandalum puſillorum; ſi vero ſequatur ex malitia, dicitur scandalum pharisaicum. Unde scandalum paſiūvum dividitur in datum, quod oritur ex activo, & in acceptum, quod non oritur ex activo, ſed ex ignorantia, aut malitia ipſius accipientis scandalum.

326. Ob scandalum purē paſiūvum pharisaicum non teneris tuas actions omittere, aut differre; ſed illud eſt contemnendum, quia malitiosē concitatur ad tuas actions impediendas. Hinc Matth. 15. ait Christus: Sine illos. Ob scandalum vero purē paſiūvum puſillorum teneris tuas actions omittere, aut differre, ſi faciliter, & ſine tuo incommode potes; minime, ſi ſine tuo incommodo non valeas, quatenus adiut neciſtas, vel utilitas; ratio eſt, quia non eſt eis cauſa: unde peccatum alterius malitiae impunitatur.

Quan-

Scandalum.

37

327. Quando coram aliis peccas, tunc eſt scandalum, quando attentis circumstantiæ perſonæ agentis, & perſonam apſcientem, probabilitate timeatur, quod per illum actum ad peccatum trahantur, qui alijs peccaturi non eſſent. Busemb. Unde non eſt scandalum. 1. Si perſona, coram qua peccas, ſit parata ad idem peccatum, ut ſi quis fornicietur coram parato ad forniciandum, nec ejus exemplo moveatur, ſed ex propria deliberatione. 2. Si perſona agens ſit ita vilis, ut potius moveat ad indignationem, quam ad peccatum. 3. Si perſona præfens, coram qua alijs verba inhoneſta proferit, eſt ita proba, & timorata, ut potius ea ſint illi cauſa horroris, quam amoris. Caſtrop. tom. 1. tr. 6. dīsp. 6. p. 4. n. 4. nam in tantum peccato ſcandali, in quantum eis cauſa moralis peccati aliorum.

328. Scandalum actuum nedum directum, ſed etiam indirectum contrahit malitiam ſcandali ſpecie diſtinctam contra charitatem in confefſione expliſandam; quia ex præcepto charitatis tenuit, tam ad non procurandam ex propria industria ruinam proximi, quam ad ſe abſtinentiam, à cauſa injuſtia, ut proximus cadat.

Item in ſcandalo activo, etiam indirecto, explicanda eſt species peccati, ad quam proximus inducetur. Quantum ad numerum verbo in ducitorum una actione, ſufficit dicere: Fui pluribus meo exemplo occaſio peccandi in tali ſpecie, v. gr. adulterii, &c. probabilitus tamen mibi eſt cum Bonac. quod teneatur exprimere ſtatutum perſonæ, cui scandalum dedit, ſi ille afficerat peccato malitiam ſpecificam, v. gr. in materia fornicationis, ſi perſona scandalizata ſit conjugata, aut votuſi castitatis ligata.

329. Qui habens votum castitatis inducit ſecularē ad peccandum contra castitatem, peccat contra castitatem, & tenetur circumstantiæ ſui ſtatutum aperire, quia castitas indirec̄te obligat, ne alios ad luxuriam provocemus, contra Dian. & Tamb. qui negant, dicentes, eum propriam, non alienam castitatem promiſſam. Vide num. 3.

330. Qui autem diſce, & explicitè induxit alterum non paratum ad idem numero peccatum, quod eſt commune duorum, ab ipſa preuentore in confefſione explicatur, v. gr. induxit mulierem non paratum ad forniciandum ſecum, ſi ipſa confeſiat, & peccatum ſequatur, non tenetur circumstantiam inducitionis exprimere, ſed ſufficit, ſi fornicationem aperiat; quia induc̄to ad peccatum, & ipius peccati commiffio tunc moraliter pro una transgressionis reputantur.

331. Non peccat mulier ſe ornans juxta qualitatem perſonæ, & uīum commūnem: & ita virorum appetitus ſe offerunt. Quod if ornatus ut ſuperfluous, eſt ſolum veniale, niſi adiut prava intentio, docent Cajet. 2. 2. q. 69. art. 2. Bonac. de Mart. q. 4. p. 9. num. 17. Caſtrop. tom. 1. tr. 6. dīsp. 6. p. 7. num. 1. quia haec ſuperfluitas eſt ita vulgaris, ut regulariter gravem occaſionem non praebeat.

Mortale erit, ut exceſſus ſit notabilis, & rarus, uti

eſt in puella peccatum nudum gerere, ubi non eſt conſuetudo; quia inſolita magis movent. Ubi tamen eſt conſuetudo, à mortali eam liberant Cajet. Nav. & alii, apud Tamb. tom. 1. lib. 7. cap. 8. §. 8. n. 7. Si vero ait, quod diſſiciliter absolveret. Et quidem ſunt deterrenda.

332. Quod ſi ſciat ab aliquo concepisci, tunc peccat mortaliter, ſi ejus aspectu ſe offerat, abſque ūla ſui neceſſitate, vel utilitate; quia obligatio charitatis eſt, ut quilibet teneatur ruinam proximi vitare, quando commodè potest. Hac autem non tenetur ſuſ libertate privare, ſed potest licet eā uti, ex honesta, & iusta cauſa, que non ſit ūlo ſolum libertatis exercitium, ſed bonum aliquod ſibi neceſſarium, aut utile; charitas enim non obligat eam, ut ſe abſcondat, aut non exeat, cum jactura rei ſibi neceſſarie, aut utile, ob alterius malitiam, juxta dicta num. 326.

333. Non peccas, ſi potens impedi, permittas peccatum alterius. Primo: ut ille deprebenſis corrigatur: Caſtrop. cit. punt. 5. quia iusta cauſa eſt correc̄io. Hoc autem eſt verum in affluo peccare; quia hic emendari non ſollet, niſi pena, aut timore correptus.

334. Secundū: ut te ſerves indemnum. Et ſic maritus ſuplicans, aut ſecreto ſciens adulterium uxoris, potest clam telos aptare, ut adulterium proberet, & divortium faciat; quia habet jūs ad repellendam injuriam habitandi cum adultera, ad quod alia via ei non ſuppetit, niſi permifſio peccati.

335. At non licet ob recenſitos ūles occaſionem peccandi offere, ſeu invitere; quia id non eſt permittare, ſed cooperari ad malum. Unde ait Bonac. de pecc. non licere marito cum uxore pacifici, ut juveni eius castitatem tentanti ſe offerat, & aſſigret tempus, quo veniat, non fine adulterandi, ſed ut deprebenſis puniatur, & corrigatur; quia talis oblatio, & inviatio facta tentanti, eſt adulterii acceptatio.

336. Non obstat, quod ait Caſtrop. cit. num. 6. licitum eſt Patri volenti deprehendere filium in ūlo, ut corrigatur, linquere clavem in arca quasi oblitam, aut apponere nummos in loco patenti. 1. Quia haec eſt potius occaſionis permifſio, quam oblatio. 2. Quia eſt res valde indifferens, & ea poſita, adhuc filius eſt indifferens, & liber ad non furandum. 3. Quia talis permifſio compensatur correptione, ad quam maximè Pater habet onus.

QUARES:

337. An opus confiſſi, vel precepti omitti debet at viſiandum ſcandalum proximi?

D E præcepto negativo nulla eſt difficultas, non enim ſunt facienda mala, ut inde eveniant bona: unde non licet occidere ad viſiandum ſcandalum fratris.

DE PRÆCEPTO AFIRMATIVO,

338. D Ico 1. Non eſt omitendo actus præceptos ad viſiandum ſcandalum alterius. Caſtrop. cit. pag. 16. num. 3. contra Valent. ſorum,

tum, & alios, apud ipsum. Ratio est: quia obligatio servandi precepta est primaria, obligatio vitandi scandalum secundaria, ordo namque charitatis expicit, ut prius quis sua salutem consulat, & ut praecepta ipsa impletat, quam ut cures, quod impletat alter.

339. Confirmat: *Si Petrus, qui est tibi inimicus, omittat missam, eo quod tu ad illum accedis, non poteris illo modo missam emittere, ut ille missam audias: ergo ob scandalum non sunt omittenda precepta.*

340. Hinc mulier non tenetur omittere Sacrum die Festo, ne sit occasio peccandi viro eam adamanti, quem seit in via expectare infestorum, quia hac non est occasio data, sed accepta ex malitia alterius, & ex parte mulieris adest iusta causa.

341. Dices: *Vita spiritualis anima est nobilior vita corporali proximi, & tamen ad servandam vitam corporalem proximi debet quis omittere audi- tionem facri die Festo. Uti continget, si ex tuo accessu ad sacram agrotus domi periclitaretur, vel quis esset alium occisorus.*

342. Tunc quia obligatio vitandi scandalum est obligatio precepti naturalis charitatis, obligatio audiendi sacram est obligatio precepti positivi, adeoque minor: igitur. Haec sunt fundamenta Sententiae opposita.

Ref. disparitatem esse: quia à malo spirituali potest proximus reparari, & illud impedit, nam vita spiritualis non nisi liberè, & voluntarie potest amitti; vita verò corporis per se, & regulariter non amittitur à proximo liberè, sed necessariò, ut in præmissis casibus, ut ex defectu auxili, vi morbi, aut ex violencia alterius.

Tunc quia obligatio vitandi scandalum est naturalis, & potior obligatione precepti positivi, sed (loquendo de scandalo passivo) includit conditionem, si sine tuo, aut alterius danno potes.

343. Dico 2. Nos non tenemur omittere opera confissi ob scandalum pharisaicū; nam ut rite ait Castr. *Non est iustum malitia alterius, cum danno nostra spirituali, immo nec temporali, confundere. Alius quilibet posset sua malitia bona spirituali, & temporalia nobis impeditre. Si verò adgit scandalum pusillorum, tenemur, quoque pusilli admonentur, ut in num. 326.*

A D M I R A T I O
344. D Istinguitur à scandalo, nam est quidam stupor de persona, aut de facto. Scandalum verò est omnis actio, aut omissione, quae est causa ruinae spiritualis proximi. Hinc omne id quod est causa ruinae, est scandalum; quod est causa stuporis, dicitur admiratio. Adeoque potest dari admiratio sine scandalo. Dicatum autem vel factum, quod est causa admiracionis potest esse mortale, si exinde scandalum, aut grave dannum sequatur. Sic in communitatibus, quae de elemosynis vivunt; admiratio ab aliquo ex illis data in materia gravi, est mortalis, quamvis non cedat in ruinam spiritualem, seu in scandalum; quia cedit in detrimentum notabile sua

communitatis, quoniam malo exemplo frigescit charitas.

COOPERATIO MATERIALIS

345. F IT, quando quis ministrat, aut praebet alteri materiam, qua ille utitur ad peccandum.

Q U A T U R E S I :

An ministrare indifferentia sit peccatum?

346. I Ndifferentia alia sunt remota actioni male, alia proxima. Remota dicuntur illa, quae non sunt occasio, vel materia actus peccati, seu nullum influxum, aut causaliter habent physicam, aut moralē in actum peccati, sed merè per accidentem se habent ad illum. Et haec ministrare ex honesta, & iusta causa, nullum est peccatum. Proxima dicuntur illa, quae talia non sunt.

Proxima erit famulo ducere concubinam ad Amasium: remota verò eidem concubina potum ab ibidem præbere, quia prior famulus causaliter habet, & influxum in actum peccati, posterior verò nullum, sed merè per accidentem se habet ad illum.

347. Castr. tom. I. tr. 6. disp. 6. pun. 11. n. 4. ait, *indifferentia nimis remota est, cibos condere, mensa ministrare, lectum concubina sternere, equum, quo usura est, præparare, illam ornare, deferre munuscula, internuncia, urbanitates, & similia. Vide num. 301.*

348. At de ornato omnino non probro: quia hic, & nunc alium usum non habet nisi malum, cur supponatur directus à concubina ad provocandum: se de delatione munusculorum, & internunciorum. Vide n. 361.

349. Insuper indifferentia, quae ministrantur, sunt duplicitis generis, alia scilicet, quae communiter in malum usum ordinantur, alia verò, quae communiter in bonum usum. Ita Castr. cit. pun. 8. cum quo.

350. Dico 1. Non licet ministrare indifferentia, quae communiter in malum usum ordinantur, nisi constet, quod ille fit bene usurus. Quia talis ministratio est subministratio materie peccati, quod proinde ministranti imputatur.

351. Hinc confractio, & venditio idoli, de se est indifferentis, cum defervire posset ad conservandam antiquitatem memoriam, sed facta Idololatria qui communiter, & regulariter idola ordinant ad cultum, est peccatum.

352. Venditio veneni est indifferentis, cum posse venenum defervire ad colores; imò ad medicinas confractandas. At non licet illud vendere, nisi illis, quos moraliter constat bene usuros. Quod dignosci potest ex qualitate personæ pertinentis, & modo petendi publicè, quod sufficit ad moraliter certitudinem de bono usu, tunc namque est presumendum de bono usu; raro enim (ait Castr.) *quis ita auxil est, ut delictum velis efficiere, non cures secretum.*

353. Hac ratione excusat Macellarii ven-

den-

Cooperatio Materialis.

dentes carnes tempore jejuni, & capones ministrantes coenam potentibus; quia non præsumuntur soluti tui jejuni, sed justam causam excusantem habere, quam examinare non tenentur: quia fieri commendo nunquam potest. Ita illa ex Cajet. & Suarez.

354. Dico 2. Licet ministrare indifferentia, que communiter in bonum usum ordinantur, nisi constet de abuso potentis. Quia tunc cestat ratio scandalum, cum non adit intentio mala potentis, quia quidem de nullo debet præsumi, quia ex jure delictum non est præsumendum. Et Innoc. XI. condemnat Prop. 51. de cooperatione famuli ad malum, sub particula scienter pag. 5.

355. Quod si credas, (subdit Castr.) proximum male usum illis indifferentibus, teneris, si commode potes, ea illi non vendere, vel subministrare; quia cum ex charitate obligaris proximi peccatum impedire, si possis; a fortiori obligaris materiam peccati non subministrare.

At si sine tuo detramento non possis, non peccas quia ex una parte talis subministratio ex te non est mala, sed indifferens, & ex alia est tibi utilis, aut necessaria, unde tunc non censeris peccatum alterius causare, sed illud permittere, & tuo jure uti. Ita illa cum Bonac. & Suarez.

356. Præterea in actione cooperativa ex se indifferenti, & ex malitia alterius proxime ordinata ad actum malum, est maximè attendendu conditione malitia actus, ad quem ordinatur, si enim est ad actum ab intrinseco malum, qui nulli ratione potest cohonestari, & hic, & nunc alium usum non habeat, nisi malum, est mala, ut à num. 235.

357. Non est tamen cum tanto rigore discurrendum in ordine ad actum non ab intrinseco malum, aut qui valeat aliqua ratione cohonestari, in his namque casibus in ministratio rei indifferentis potest dari causa à peccato excusans, puta necessitas, notabilis utilitas, gravis metus, &c.

358. Hæc autem non debet esse levis, sed gravis, nec aequalis in omnibus materiis, sed proportionata materiæ, in ordine ad quam versatur actio; ita ut in materia iustitiae debet esse gravior, quam in materia charitatis, &c. Res clara sit exemplis.

PLURA RESOLVUNTUR.

359. N ON peccat, qui domum locat meretrici; qui domus est remota ad peccandum. Imò Castr. cit. pun. 12. n. 2. addit, te posse pluris meretrici locare, quam mulieri honestæ, non quidem in quantum illa pluris lucrat, (sic namque peccares) sed ratione danni; in quantum ex ejus habitatione tua domus vilescevit.

Si tamen tua domus sit aptior ad meretricium, seu usum exercendam, recte Castr. doceat, te teneri eis non locare, si alios reperias, quibus loces; quia lege charitatis teneris vitare peccata, que possis, absque tuo gravi detramento, præcipue cum Republica solam intendat illis habitationem concedere ad vivendum, non aptitudinem ad peccandum. Vide num. 402.

360. Patroni meretricium in aliquibus locis deputantur, ut illæ serventur incolumes; & morbo contagioso laborantes expellant. At si ad meretricium cooperentur, pulchritores videlicet in loco apertuali, & absolviri non possunt, nisi celent.

361. Peccat 1. Confruens picturam concubinæ, eamque tradens amatio, quia est provocativa ad turpem amorem 2. Famulus scribens, aut defens illi litteras amorias. 3. Prædens munera concubinæ Judicis, ut apud illum intercedat. Sanchez lib. 1. cap. 7. num. 38. quia ab ea patitur, quod ipsa præstare non potest, nam ejus intercessio, visitatio, & familla sovent turpem amorem. Contra Bonac. dis. de peccatis questi. 4. pun. 2. 5. n. 3. num. 24. apud Calthrop. tom. I. tr. 6. dis. 6. pun. 15. n. 2. qui negat peccare, cuius ratio est; quia ex una parte intercessio fit ex bono fine, ut Juxed justitiam gerat: ex alia, intercessio non est de se mala, nam ea stante Juxed, & concubina adhuc possunt à prava voluntate se continere. Vide n. 347.

362. Peccat famulus dominum comitans ad fornicanum, si comitatus causaliter aliquam habeat in actu, puta, si inserviat pro custodia; sic namque dominus majorum libertatem, & animositatem sumit ad peccandum. Vide n. 346.

363. Quod si comitatus sit in purum obsequium Domini, utique non peccat, quia nullum influxum habet in actu pravum, & excludat ratione mercedis, & famularum, etiam postea causaliter contingat invasio domini, & famulus illum ab invadente defendat cum moderatione inculpata tutela, aut eundem moneat, ut fugiat. Vide num. 222. & pag. 5. Prop. 51. ab Innoc. XI. damn.

364. Hac ratione non peccat Christianus qui dominum infidelem ad idolorum templum comitatur. Imò Castr. cit. pun. 11. num. 8. id etiam dicit, si genuflectat, genuflectente domino, dummodo tales sive circumstantie, ut adstantes percipiant, genuflexionem illam fieri minimè in cultum, sed in signum reverentiae & obsequii domino, quod dignoscunt, si publice habeatur ut verus, & bonus Christianus. Ita ille. Vide num. 282.

365. Peccat famulus, si domino accedenti ad fornicanum, januam meretrici aperiat, aut quid simile præteret; quia est actio proxime ordinata ad peccatum, si utantur mulieribus, & representent turpia ad libidinem provocantia. Secus, si puras facetas.

366. Eadem ratione peccat Vector, si mulierem intra rheadam ad amarium ducit ad fornicanum. 367. Histriones, seu Comediates mortaliter peccant, si utantur mulieribus, & representent turpia ad libidinem provocantia. Secus, si puras facetas. 368. Peccas, si ensem vendas ei, quem certò fecis hic, & nunc esse determinatum ad occidendum eo instrumento inimicum, quia occiso est ab intrinseco mala, & venditio illa hic, & nunc est ordinata ad malura.

369. Pariter peccas, si invites ad cœnam, quem se esse paratum acceptare, & jejunium, solvere; quia invites ad actum (nempè ad cœnam tempore vetito, & sine justa causa) à quo hic, & nunc maliitia separari non potest, adeoque invites ad peccatum.

Nec obstat, quod ille sit ex se paratus; quia adhuc verum est quod per tuam invitationem influas in individuum peccatum, quod alius ille hic, & nunc in re non efficieret, quamvis ad id esset paratus.

370. Non peccat vendoris, si consulente vendata non servatur jejunium, si exinde timerit gravem injuriam, aut diminutionem emporium, & remanentem mericum inventanditum; quiaactus non est ab intrinseco malus, & si ille non venderet, ab alio emerent. Tum quia adhuc illi possunt esculenta illa non emere. Non exdūatur autem, si paucæ res, & parvæ pretiæ invideute remanenter. Peccat verò ille, qui non est vendoris; si apponat in magna quantitate esculenta fracturis jejunium. Castrop. cit. pun. 8. num. 7. & pun. 14.

371. Non peccas, quando Sacramentum penitentia petis à Confessario, quem certò scis esse immortalis, si alium promptum Sacerdotem non habeas; quia necessitas, seu utilitas spiritualis te inducit: & Sacerdos potest peccatum per contritionem vitare. Idem est, si accedas ad Confessarium jam expositum ad Confessiones excipendas.

372. Peccat, qui mutuum petit ab usurario sub usuri, etiamsi paratus sit dare sub usuri. Eum tamen a peccato excusant exemplares Doctores, si adit necessitas, & utilitas propria, aut aliena, & non habeat promptum alium, qui ei mutuet sine usuri; quia tunc uituit jure suo, nec intendit usurarii injuritiam, sed propriam utilitatem: nec dando usuram dat usurario occasionem peccandi, cum ille recipere non posset, unde illi imputatur peccatum, si recipiat, & mutuarius excusat; quia solvit, quod promisit, ne videatur infidelis, & ne se impedit ad habendum iterum mutuum. An non possum a peccato excusare famulum, qui usuras pro usurario exigit, nec detentorem libri computorum de usuris, ob dicta à num. 227.

373. Idem Doctores addunt, non peccare Christianos captivos ex gravi reatu in tremiblum Infideliū remigantes contra Catholicos, sarcinas, machinas, arma ad bellum necessariae convehentes, propagacula adficiantes, &c. Eos autem peccare, docet Toletus, quia tales actiones non habent hic, & nunc alium usum, nisi malum, & intrinsecè malum. Omnes tamen convenient, eos peccare, si immediata contra Catholicos pugnant, si ligna ad eorum naveb comburendas applicent, &c.

QUÆRES II:

374. Petrus volens accedere ad forniciandum rati apta hora, quia ad id erat tunc quadam cura domus impeditus, eam caram commisit cūdam suo familiaris, ad quem non spectabat, qui sciens finem Petri, amic-

tia gratia eam curam acceptavit, & pro ea hora supplevit: An peccaverit?

R Esp. peccasse eadem specie peccati, tanquam cooperatorem, utpote participantem, iuxta dicta de restis, pro furto. Nec illa dici potest actio indifferens; quia licet absolute, & in se sit indifferens, hic, & nunc est proxime ordinata ad peccatum.

QUÆRES III:

Duo sunt Officiales, unus major, alter minor, cui ex officio incumbit unus supplex, defectus majoris. Hoc premiso, major accedit ad peccandum, hinc curam majoris supplex minor sciens: An peccet ne cooperator?

R Esp. non peccare: quia majoris curam pro eo tempore supplex, præstat id, ad quod ex officio tenetur: per accidens autem est, si major pro eo tempore ad peccandum accelerat, nam etiam eodem modo suppleret, si major, alia causa honesta, deficeret. Nec supplet ex animo, ut præbeat commoditatem majori ad peccandum, sed ut satisfaciat proprio muneri, quod est suppleret defectum majoris, seu socii.

QUÆRES IV:

An licet determinatio ad maius malum minus consilire? Et

An mulier ad alium nefandum inducere licet vas naturale offere, aut consilire, ut innaturale servet?

R Ita præmitteendum est, si difficultatem procedere in casu, quo non sit aliis modus divertendi à majori malo. Et loquendo de patiente, in casu, quo non posset alio modo illud effugere.

377. Secundò, quod aliud sit, determinatio ad maius malum offerre, seu proponere minus, & aliud consilire, ac invitare: nam offerre, seu proponere, est ostendere minus malum, ut ille à majori se avertat; consilire verò, & invitare, est efficaciter movere, & influere. Vide dicta de consiliente homicidii. Sit exemplum de Loth, qui Gen. 19. offert viris nefandis filias, solum obvulsi, & propositi illis materiali, explenda libidinis minorem illa, ad quam erant determinati, at nullo pacto consiluit, & persuasit, ut facerent.

378. Castrop. tom. 1. trah. 6. disp. 6. pun. 6. n. 5. ait, certum esse, quod determinatio ad grave malum, licet sit materialis minoris proponere, ut à majori retrahatur, v. gr. sodomitam intentanti, utebit tibi fornicationis materialis proponere. Unde difficultatem ad expellsum consilium restrinxit.

In qua tres sunt Sententiae.

379. Prima negat, determinato ad maius malum, licere consilire minus. Cajet. Valent. & alii apud Castrop. cit. qui esset consilire peccatum; nam obiectum consilii, licet minus, esset peccatum.

380. Secunda affirms, licere. Lefsius Bonac. Vazquez, & alii apud Castrop. cit. n. 6. quia illud minus, quamvis sit in se peccatum, relatum tamen ad maius avertendum, involvit carentiam majoris mali, que est bona: unde minus illud malum in ordine ad committentem est peccatum, cum in ejus

Cooperatio Materialis.

potestate sit illud non patrare, nec maius, minimè in ordine ad consulentem; qui minus malum respicit non ut malum, sed ut aversumum à majori, quod non potest alio modo vitare; adeoque gerit utiliter rem peccatoris, & Dei.

381. Tertia media tenet, licere; si ille sit determinatus ad utrumque peccatum, v. gr. ad actum nefandum, & fornicationem; quia tunc non sit consilis, & invites ad minus, cum ipse sit determinatus ad illum, sed divertit à majori: Non licere; si folium erat determinatus ad maius, ob rationem pri-
mae Sententiae. Castrop. cit. num. 8.

Praefata tres Sententiae sunt probabiles, sed valde secundaria. Vide de Refut. verb. Qui restituere teneantur.

382. Eodem modo præfata Doctores discurrendo, qui alteri determinato ad prodendam patrem, vinum in qualitate valde generosum, aut in quantity offert, & ad illum bibendum invitat, sciens se sopitum, & inebriaturum; idque facit ad proditionem patriæ vitandam. Gobat tom. 2. tr. 5. cap. 13. à num. 24. Ant. à Spir. S. tom. 1. tr. 2. disp. 1. sed. 8. num. 283. Vide verb. Homicidium sui ipsius.

QUÆRES V:

383. An licet eligere, seu patrare minus malum ad vitandum maius?

R Esp. non licere, loquendo de malis ab intrinseco. Unde tibi in extrema necessitate constitutio, non licet mendacium eligere, & proferre, ne in blasphemiam prorrumpas. Dispar enim est ratio de consilio; quia mendacium proferens patras malum ab intrinseco, quod nulla ratione cohonestari potest, & hinc peccas. Consilios verò alteri mendacium, ut supra, non tu patras, nec vis mendacium, sed vis vitationem, & caretiam majoris mali, puta blasphemiam. Et insuper id consilii alteri, qui liberè potest se ab utroque mali abstinere: unde illi peccatum electionis minoris mali imputatur, non tibi. Et illud: de duabus malis minus est eligendum, non est intelligendum de malis ab intrinseco, que nulla ratione cohonestari valent.

384. Licere autem, loquendo de malis ab extrinseco, videlicet, quia præceptis. Unde tibi in necessitate constituto eligendi omisionem auditiois Sacri dicto, aut omisionem necessitatis assentientis infirmo perclitenti, licet eligere omisionem Sacri; quia in tali casu omisio Sacri, cum non sit ab intrinseco mala, sed quia præcepta, amittit malitiam; lex namque positiva, etiam divina, est rationabilis, non crudelis, sed viribus, & conditioni hominis accommodata, ut in hujusmodi caibus non obliget, juxta dicta à num. 121. Sic David ad vitam conservandam comedit panes propositionis. Omnino vide dicta de Refut. v. Qui restituere teneantur.

QUÆRES VI:

385. An licet petere à maleficio solutionem malefici?

R Esp. licere, si sciens, aut prudenter credas, maleficum scire modum licitum maleficium sol-

vendi. In dubio, non licere; quia te exponis periculo petendi malum. Ita com.

386. Modo licito solvet maleficus, si signum destruat, vel dæmonem cogat, ut ipse maleficium tollat, aut signum destruat, qui durante, durat pacum vexandi; quia non est uti ope dæmonis in ejus obliquum, sed illum cogere, ut destruat opera sua, & à nobis per modum defensionis naturalis malum avertere. Delbene part. 2. dub. 2. cap. 8. sed. 28. num. 18.

387. Item siquis novo pacto cum dæmonem ab eo addiscat maleficium tollere, peccat; sed eo pacto transacto, poteri in sui commodum ea scientia uti, dummodo per eam nec implicitè, nec explicitè dæmon invocetur, & non sit modus illicitus. Fagundez in Decal. 1. præc. lib. 1. cap. 42. num. 14. Leander trad. 9. Dei. dis. 3. 4.

388. Quod si sciens, aut prudenter credas, maleficum scire modum solvendi, tam licitum, quam illicitum, sed tibi certò constat, illum esse usum modo illicito; non licere ab eo solutionem malefici petere, docent Cajet. & Delius; quia petit actionem, quam scit hic, & nunc futuram malam.

389. Licere autem tenent Leander tr. 9. in Dec. dis. 3. ques. 26. Ant. à Spir. S. tom. 1. tr. 4. & apud ipsos Fagundez, Suarez, Lefesme, Lefsius, & alii quia petens utitur jure suo, quod est de reparando proprio damno, quod alio modo reparare non potest, & hoc facit petendo à malefico rem, quam modo licito, & sine peccato præstare potest: unde quod cum peccato præster, malitia malefici imputatur. Et adiungunt paritatem de potente mutuum ab usurario parato, ut in num. 372.

CHORÆ

390. Sunt triplices generis: Pure, impura per se, & impura per accidens.

Pure sunt, que sunt inter personas ejusdem sexus, abfue ullo pravo gestu, aut fine, vel circunstantia mala, ad animi levamen, & recreationem. Has non esse illicitas constat, quas 2. Regum. 6. habuit David ante Arcam.

391. Impura per se sunt, que sunt inter personas diversi sexus, vel ejusdem, cum pravis gestibus, malo fine, aut ante amariorum, vel amasiorum conspectum. Has esse mortales constat, cum sint saltim provocativae ad libidinem. Hafque damnant Sacri Canones, & Patres, & prohibenda sunt à Principibus.

392. Impura per accidens sunt, que sunt inter personas ejusdem, aut diversi sexus, honestas tamen, sine pravo fine, gestibus, aut circumstantiis malis in convivis, nuptiis, in publicis Principum solemnibus, &c.

Hæ non sunt per se peccaminosæ, sed potius latitudine publicae, aut privatae, seu domesticæ latitudine exerciti. Sapè tamen sunt peccaminosæ per accidens, ratione nimis periculi (ait Tamb.) ut in tanto latitudo calore, in tanta adolescentiarum, juvenumque

que specie, ornatu, concursu, in artificio illa corporis grata oculis agitatione, in contactu manuum qui sapere adhibetur, non in solam qui choreas agunt, verum etiam spectatores in impudica labantur.

Hæc igitur sunt pericula, maxime, si frequenter fiant. Idque innuit Eccelesiast. cap. 9. 4. Cum salutarice ne assiduis sis, nec audias illam ne forte pereas in effigie ejus. At si expertus es tibi tale periculum non subesse, te hoc modo chorizantem aut chorizantes aspiciens nequamque esse mortalis peccatis rerum, tenet Tamb. lib. 7. Decal. cap. 8. §. 7.

DOMUM AD LUDENDUM

393. **T**eneres, chartas, mensas, candelas, & similia ad id ministrare, quantum est ex se, et quid indifferens; unde est cum necessaria distinctione procedendum.

394. Vel enim domus est talis, ut in ea recipiantur indifferenter omnes, tam viri honesti, habiles, & qui ludunt recreationis causa fine periculo recensitorum malorum, quam viri perditi, vagabundi, pauperes, infirmi plebis, qui solent in blasphemias juramenta, & rixas prouumpere, fraudes in ludo committere, furta inde patrare, proprias curas, ad quas tenetur omittere: aut qui, quæ in die suo labore lucrantur, ludo exponunt cum detimento familiæ, cum uxorum, & filiarum periculo.

395. Vel est talis, ut in ea recipientur solum viri honesti, habiles, & qui ludunt recreationis causa, fine pericolo recensitorum malorum.

396. Si domus erit secundi generis, eam teneare non erit mortale. Tales domus possunt concedere Principes. Inde privati nobilis eas tenere solent, ubi alii nobiles congregantur ad ludendum recreationis causa, abfque malis prædictis.

397. Et quia ministrantes chartas solent etiam ibi dulcia, & potus ludentibus ministrare, licet possint pretium excedens pro chartis accipere, quantum sufficit, ad hujusmodi dulcia, & potus, & sui laborem compensandum; ludentes namquæ id sciunt, & libere donant excessum. Tamb. tom. 1. lib. 8. træt. 2. cap. 9. §. 1. num. 31.

398. Si domus erit primi generis, omnino mortale erit hujusmodi domus, seu tabulas tenere, chartas, & similia ad ludendum ministrare ob præsta pericula proxima, & occasiones malorum; unde, qui eas tenet, & ministrat, cooperatur ad recensita malæ, adeoque peccat mortaliter, & in casibus restitutions tenetur secundo loco ad restituendum. Tamb. cit. cum com.

399. Hinc domus, & tabulas primi generis non possunt Principes sine mortali permettere, & multo minus concedere.

400. Suedetur firma ratione ex præ. Hujusmodi namque perditi, vagabundi, &c. probhabent ludere chartas, aut taxillis aliibi extra designatas domus, ita ut puniantur amissione chartarum, & pecunie, non alia ratione, nisi ad præmissa mala, quæ sequuntur, vitanda (ni velis ad avaritiam recurre-

re, nimur ut finis sit, eos ad domos designatas reducere, & inde magis lucrum ex iniuste reportare, quod non est dicendum nec præsumendum) igitur sunt etiam prohibendi ludere in designatis domibus, cum eadem sit ratio malorum, inde potior, cum in illis tui, & sine timore pena ludant.

401. Dices: Meretrices sine peccato permittuntur; igitur, & recentita domus luforia.

Resp. disparitatem esse primò, quia meretrices permittuntur ad majora mala vitanda, puta ad pejores actus libidinis impediendos: In permissione autem reconsitorum domorum ad ludendum, non sunt majora mala, quæ ventur, sed potius ex eorum permissione majora, & pejora mala, quæque reipublicae nocent, sequuntur.

402. Secundò, quia Principes meretrices permittunt solum dando locum ad habitandum, minimè dando aptitudinem ad peccandum, ut in num. 359. Permitendo autem luforibus indifferenter hujusmodi domus ad ludendum, dant aptitudinem ad peccandum; unde sicur, si darent meretricibus aptitudinem ad peccandum, peccarent, ita in casu nostro. Vide infra de ludo.

403. De affuento ad ludum ait Tertullianus, lib. de Spec. 5. Et utique communis usus reus non erat, sed cum ad ludos coactus est, transit à Dei munere ad dominiorum officia.

404. Concedit autem Diana part. 2. træt. 15. res. 65. cum Tamb. cit. posse Principem permittere ludum Bonavogalum, & ludum Capo di guardia, dummodo in hoc posteriore soli milites admittantur; adest namque rationabilis causa, prior enim mundat Rempublicam viris perditis posterior otium militum tollit. De scandalo, & cooperatione agunt Scutus in 3. dis. 38. quest. unic. lit. E. in 4. dis. 3. quest. 4. lit. L. dis. 13. quest. 2. lit. E. dis. 15. quest. 4. lit. D. Maistrus dis. 11. quest. n. 102. Joan. de la Cruz pag. 80. Bonac. tom. 2. pag. 138. Tamb. tom. 1. lib. 5. cap. 1. §. 4. Busemb. lib. 2. træt. 5. cap. 2. dub. 5. Bertaldus, Caltrop. tom. 1. træt. 5.

E L E E M O S Y N A

405. **E**ST unum è præcipuis misericordiæ, & charitatis operibus Deo acceptissimum, exercendum erga proximum; adeoque tam erga fidem, quam infidelem, amicum, aut inimicum.

406. Pro ea triplex est distinguenda necessitas, extrema, gravis, & communis. Extrema est ea, in qua quis positus est in probabili periculo gravis infirmitatis, aut mortis, nisi subveniat. Ad hanc reduxitur necessitas quasi extrema, & est illa, quæ est proxima praefato periculo, in quantum est ita urgentissima, ut si quis non subveniat, constituitur in recentio periculo.

407. Gravis est illa, in qua quis positus talia patitur incomoda, que ei vitam reddit minus molestam, & miseram.

408. Communis est illa, in qua quis positus incomoda patitur, sed non talia, quæ reddant ei vitam ni-

nimis molestam, & miseram juxta patientis statum, & conditionem. Talis regulariter est necessitas mendicorum, qui hinc inde subveniuntur.

Hinc habes duo 1. Quod necessitas, quæ est communis in mendico, potest esse gravis alteri, attenta conditione, & statu. 2. Quod etiam in mendico necessitas poscit esse gravis, ut si sit in tali statu constitutus, ut solo pane vescatur, & juscule.

409. Item bona hominis, & divitiae, alia sunt necessaria ad naturam, quæ ad vitam conservandam requiruntur. Alia necessaria ad statum, quæ ad statum, acque decorem moderatum, & decentem requiruntur. Alia superflua naturæ, aut statui, quæ superabundant post sumptus impensos in necessariis ad vitam, aut statum. His præmissis:

410. Tenetur quis extreme indigent, si non sit alius, qui ei effectivè subveniat, sub mortali succurrere ex superfluis statui, inde ex necessariis statui, quæ natura superfluent, ita tamen, ut non patiatur maximum detrimentum excessiva jactura sui statutus. Unde si extremè indigent indigent centum, & si dives daret centum, pateretur excessivam jacturam sui statutus, viginti vero essent superflua statui, aut non cauferent excessivam jacturam, teneretur dives dare viginti.

411. Tenetur etiam sub mortali ei succurrere ex necessariis naturæ, si id facere posset cum modico sui detrimento. Unde si habens communem quantitatem panis, & cibi, pro ea die sufficientem, videat extremitè indigentem, qui si non comedat, est in mortis periculo, eo quia per plures dies non comedat, sub mortali teneat medietatem sui cibi illi impertiri, quia eius privatio pro uno die modicium incommodum afferit; & ad id natura ipsa, & viscera charitatis impellunt.

412. Graviter indigent tenetur quis sub mortali succurrere ex superfluis statui, si non sit alius, qui ei effectivè subveniat, nec in simili necessitate reperiatur. Constat ex Matth. 25. Discedite à me maledicti in ignem eternum, esurivi enim, & non dedisti mihi manducare. Ubi per ly esurivis patet Christum loqui non de extrema, sed de gravi necessitate. Tunc quia præceptum charitatis obligat, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere, & veritate. Joan. Epist. cap. 3.

413. Eis, qui sunt in necessitate communis, non tenemur sub præcepto mortali elargiri elemosynam ex superfluis, sed ex consilio, quia cum isti querant ab omnibus, præsumantur juvandū at pluribus.

414. Probabilis tamen puto, mortaliter peccare divitiae, si in necessitatibus communis nullam pauperibus elemosynam largiretur: eum namque increpare videtur D. Joan. 1. in Epist. 1. cap. 3. Qui habuerit substantiam huius mundi, & videbit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quæ mundo charitas Dei manet in eo? D. Gregorius Nifenus, in orat. de Panp. amandis duplex in turpi loco exercetur peccatum; alterum propter ebiorum societatem; alterum propter expulsorum pauperum famam. O pauperum ini-

mici: an nefitis horum causa commemorari in Evangelio exempla horrenta, & terribilia? Vide in pag. 4. Prop. 12. ab Innoc. XI. damn.

415. Eleemosyna igitur est maximè consulenda, pro quo sufficiat illud Tobia cap. 4. Audi fili mi verba oris mei, &c. Ex substantia tua fac elemosynam, & noli avertire faciem tuam ab illo paupere, ita enim sit; ut nec à te avertatur facies Domini, &c. si multuni tibi fuerit, abundanter tribue, si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum liberter imperire fude, premium cum elemosyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patitur animam ire in tenebras.

416. Non tenentur homines privati inquirere pauperes, sed sufficit, quod dent eis, qui occurrunt, aut quos sciverint. Tenetur vero ex officio Praefati, & Principes vasallorum, quia sunt Patres pauperum. Scotus in 2. dis. 7. quest. unic. lit. E. in 4. dis. 15. quest. 2. art. 3. Maistrus in Theol. Mor. dis. 10. quest. 3. art. 2. num. 56. Tambur. tom. 1. lib. 5. cap. 1. Joan. de la Cruz pag. 77. Bonacina tom. 2. pag. 199. Busemb. lib. 2. træt. 3. cap. 3. Leander tom. 6. de Decr. 5. Bertaldus 1. Præc. Dec. Caltrop. tom. 1. træt. 6. dis. 2.

CORRECTIO FRATERNÆ

417. **E**ST admissio fraterna, quia quis proximum conatur revocare à peccato.

418. Ut obliget sub mortali quinque conditio-nes requirunt. 1. Peccatum mortale, quod certò constet. 2. Quod proximus non sit emendatus, & adit probabile periculum reincidentia. 3. Quod sit spes fructus. 4. Si non sit alius, qui correcxerit, aut effectivè corrigit. 5. Quod adit occasio, locus, & tempus opportunum, quo correctionem sine tuo gravi incommmodo facere valeas. Gravis repugnantiæ animi est iudicata ab aliquibus notable incommodum.

419. Quia autem omnes relata conditiones raro simul habent, ideo raro ad eam personæ privata sub mortali obligantur. Frequenter obligantur Praefati, de quibus ad Hebr. 13. dicitur: Ipsi enim per vigilant, quas rationem pro animalibus vestris redditur.

420. Busemb. addit: si quis ob timorem, pusillanimitatem, verecundiam, patet se non fitiæ obligari, vel minus esse idoneum ad corripiendum, videtur tantum pecare venaliter.

Vide tom. 2. à num. 88. ordinem vero correctio-nis vide in tom. 2. num. 95. De correctione, Maistrus dis. 10. quest. 3. num. 66. Joan. de la Cruz pag. 83. Busemb. lib. 1. træt. 3. cap. 2. dub. 4. Leander tom. 6. Decr. træt. 6. Bertald. 1. Præc. Dec. de Virtute theolog. agunt Scutus in 3. dis. 2. 5. quest. 1. lit. B. d. 2. 3. quest. F. d. 2. 5. quest. 1. F. in 1. lit. 6. unic. K. Maistrus dis. 10. Busemb. lib. 2. træt. 1. 2. & 3. Fenech. & Bertald. in Director. citat. Castropal. tom. 1. træt. 6. dis. 3.

421. Ad Charitatem spectar onus denuntiatio-nis ad monitoria Papæ, & Episcoporum; ad edicta Inquisitorum, & pro Confessariis sollicitantibus, de quo fute actum est in secun o tomo.